

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## L. Annaei Senecae Tragoediae

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Amstelodami, 1662

Testimonia veterum et recentiorum quorundam, de L. Annæo Seneca.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-770)



## TESTIMONIA VETERUM

E T

RECENTIORUM QUORUNDAM,

D E

## L. ANNÆO SENECA.

*Cornelius Tacitus anal. XII.*

**A**t Agrippina ne malis tantum facinoribus notesceret, veniam exsilii pro Annæo Seneca, simul præturam impetrat, lætum in publicum rata, ob claritudinem studiorum ejus, utque Domitii pueritia tali magistro adolesceret, & consiliis ejusdem ad spem dominationis uterentur.

*Idem anal. XIII.*

Quamquam oratio à Seneca composita multum cultus præferret, ut fuit illi viro ingenium amœnum & temporis illius auribus accommodatum.

*Idem lib. XIV.*

Objiciebant etiam eloquentiæ laudem uni sibi adsciscere & carmina crebrius facitare, postquam Neroni amor eorum venisset.

*Idem lib. XV.*

Fama fuit Subrium Flavium cum centurionibus, oculto consilio, neque tamen ignorante Seneca, destinavisse,

TESTIMONIA DE SENECA TRAGICO.

navisse, ut post occisum opera Pisonis Neronem, Piso quoque interficeretur, tradereturque imperium Senecæ, quasi in fonti claritudine virtutum ad summum fastigium delecto.

*Juvenalis Sat. VIII.*

Quis tam  
Perditus, ut dubita Senecam præfere Neroni?

*Martialis lib. I. Epigr. LXII.*

Duosque Senecas unicumque Lucanum  
Facunda loquitur Corduba.

*Idem lib. IV. Epigr. XI.*

Atria Pisonum stabant cum stemmate toto,  
Et docti Senecæ ter numeranda domus,

*Idem lib. VIII. Ep. XLIII.*

Facundi Senecæ potens amicus  
Caro proximus aut prior Sereno.

*M. Fab. Quintilianus lib. VIII. cap. III.*

Nostri autem in jungendo aut derivando paulum aliquid ausi, vix in hoc satis recipiuntur. Nam memini juvenis admodum, inter Pomponium & Senecam etiam Præfationibus esse tractatum, an *gradus eliminat* apud Attium in Tragœdiâ dici oportuisset. At veteres ne *expectorat* quidem timuerunt.

*Idem lib. IX. cap. II.*

Interrogamus, aut invidiæ gratiâ: ut Medea apud Senecam:

— *quas peti terras jubes?* [Extat vers. 453.]

*Idem lib. X. cap. I.*

Cujus & multæ alioqui & magnæ virtutes fuerunt, ingenium facile & copiosum, plurimum studii, multarum rerum cognitio. Tractavit etiam omnium fere

TESTIMONIA

studiorum materiam. nam & orationes ejus & poëmata & epistolæ & dialogi feruntur.

Suetonius in Caligula cap. LIII.

Lenius comptiusque scribendi genus adeo contemnens, ut Senecam, tum maxime placentem, commiffiones meras componere & arenam esse sine calce diceret.

Dio lib. LXI.

Ὅτι Σενέκας καὶ ὁ Βεῤῥύθ, Φρονιμώτατοι τε αἶμα καὶ διωλιώτατοι ἦσαν Ἰνέριονα ὄντες, (ὁ μὲν ἐπαρχοῦ Ἰδρυφοεικῆ, ὁ δὲ διδάσκαλοῦ αὐτοῦ ὄν.) τὴν δὲ χλιὴν πάντων παρέλαβον, καὶ δαίμησιν, ὅσον ἠδωθήσων, ἄερα καὶ διηρότατα, ὡς ἀπὸ πάντων ἀνθρώπων ὁμοίως ἐπαυθῆναι.

Terentianus Maurus in Centimetro, ubi de Bucolico agit.

In Tragicis junxere Choris hunc saepe diferti;  
Annæus Seneca, & Pomponius ante Secundus.  
Tale dedit nobis Pomponius:  
Pendeat ex humeris dulcis chelys, &c.

Idem de tertia rome Hendecasyllabi.

Ut Vates alii solent,  
Exemplum Senecæ dabo:  
Thebis lata dies adest;  
Aram tangite supplices;  
Pinguis cadite victimas.  
Tales continuos legis, &c.

M. Val. Probus Grammat. Instit. ut. lib. I.

Nominativus singularis qui en syllabâ terminatur, Græci nominis est: & masculino sive fœminino genere, semper longa est. Masculino, ut Hymen. ut Seneca in Hecuba:

Quicun-

DE SENECA TRAGICO.

*Quicumque Hymen funestus, inlatabilis.*

[Extat Troadibus, initio Actus IV.]

*Idem lib. eod.*

*Illic, vel illuc, & huc adverbia, postremas longas recipiunt. ut, Huc illuc acies circumtulit. &, Huc ades. & Seneca in Hecuba, hendecasyllabo Sapphico versu,*

*Illicum est illic, ubi sumus alit.*

[In fine ejusdem Act. IV.]

*Ibidem.*

*Oedipodis & Oedipodæ. Seneca: Oedipodis domus. [V. 216. ubi Oedipodis datur vulgo, & sic in Probo legendum.]*

*Priscianus lib. VI.*

*Alia vero omnia in is desinunt, ut hic & hac sacerdos; hic & hac compos, compotis. Livius in xxv. Profecto satis compotem menti inesse. O tamen in hoc solo corripitur. Seneca in † Phædra:*

*Hippolyte, me nunc compotem voti facis.*

*In \* eadem: compote voto. & est Adonium metrum. [† Hippolyto, v. 707. \* Lege, eodem. nam non est ex Phædrâ sive Hippolyto, sed ex Agamemnone, Choro II, v. 360.]*

*Lactantius Statii Papinii Scholiastes, ad Thebaidem, lib. IV.*

*Seneca in Thyeste:  
Nescitis cupidi arcium,  
Regnum quo jaceat loco, &c.*

*C. Sollius Sidonius Apollinaris, Carm. IX. ad  
Magnum felicem.*

*Non quod Corduba præpotens alumnis  
Facundum ciet, hîc putes legendum:*

† † 4

Quo-

TESTIMONIA

Quorum unus colit hispidum Platona,  
 Incassumque suum monet Neronem:  
 Orchestram quatit alter Euripidis,  
 Pictum sæcibus Æschylum secutus,  
 Aut plaustris solitum sonare Thespin:  
 Qui post pulpita trita sub cothurno  
 Ducebant olidæ marem capellæ.  
 Pugnam tertius ille Gallicani  
 Dixit Cæsaris, ut gener socerque  
 Cognata impulerint in arma Romam, &c.

*Idem Carm. xxiii.*

Quid celsos Senecas loquar, vel illum  
 Quem dat Bilbilis alta Martialem,  
 Terrarum indigenas Ibericarum?

*Paullus Longobardus, Diaconus, Historia Miscel-  
 le lib. viii.*

Hujus (Neronis) temporibus Poëtæ pollebant Ro-  
 mæ Lucanus, Juvenalis, & Perlius, Senecaque Tra-  
 gicus; Musonius atque Plutarchus, (Hui! & ille etiam  
 Neronis avo? somnium.) Philosophi.

*Desiderius Erasmus in Prolegomenis ad Sene-  
 cam Philosophum.*

Ingenio facili versatilique fuisse colligitur hinc,  
 quod in diversis argumentis stilum exercuit pari pro-  
 pmodum successu. quod nec Ciceroni, nec Virgilio  
 contigit. Nam Tacitus commemorat illius poemata,  
 de quibus sentiens, incertum. Nam Tragœdiarum  
 opus eruditi quidam malunt Senecæ filio tribuere,  
 quam huic. Sunt qui fratri Senecæ adscribant. Quan-  
 quam mihi videtur opus hoc Tragœdiarum non esse  
 unius hominis. Certè ex ludicro libello De morte  
 Claudii, conjicere licet, illum haudquaquam iratis  
 Musis & Apolline versatum in hoc studii genere, &c.

*Julius*

DE SENECA TRAGICO.

*Julius Casar Scaliger Poëticae lib. v. cap. VI.*

Ascendendum est ad tertiam ætatem, quæ post Augustum ad externos usque Imperatores demissa ( Nervam dico & alios ) certum suumque genus poëseos comprehendit. Quum enim à superioribus, unoque Virgilio exhausta essent argumenta omnia, ipsæ dicendi leges, omnes excussæ veneres; coacti sunt novè eadem dicere, ne idem dicere viderentur. quare necesse fuit, ut illa gratia simul periret cum ipsa simplicitate. Quum tamen essent grandes & pleni: id quod prætulissent ei, quam pauci consecuti sunt, suavitati.

*Deinde post Sulpitiam poëtriam, Persium, Juvenalemque ac Martialem, subjungit:*

Quatuor supersunt maximi Poëtae ( Seneca, Valerius Flaccus, Statius, Lucanus: Silium his annumerare, sane religio est. ) quorum Seneca seorsum suas tuetur partes, quem nullo Græcorum majestate inferiorem existimo; cultu vero ac nitore etiam Euripide majorem. Inventiones sane illorum sunt; at majestas carminis, sonus, spiritus ipsius. In quibus Sophoclis se esse voluit similiorem, frustra fuit, &c. [ *Vide ejusd. lib. cap. XIV. sub fin.* ]

*M. Antonius Muretus Var. Lect. l. II. cap. IV.*

Et est profecto [ *Seneca* ] poëta ille præclarior, & vestusti sermonis diligentior, quàm quidem inepte fastidiosi suspicantur.

*Iustus Lipsius lib. I. cap. I. Electorum.*

L. Annæus Seneca Philosophus patrem habuit nomine & cognomine eodem. Is, domo Corduba fuit; professione, Rhetor. Natus ante bellum Civile Cæsarianum, supervixit ad Claudii circiter principatum: sine honoribus & non aliud quam provincialis eques. Is jam senex non dubie filiis suis scripsit, aut dictavit

TESTIMONIA DE SENECA TRAGICO.

potius, hos qui supersunt Controversiarum & Suasoriarum libros. Sed, ut in Plauti fabula, inter duos Menæchmos, sic inter duos Senecas confusione nominum ortus error. Tributa illi, quæ hujus erant: & claritate nimia filii obscurus pater hodie, immo ignotus. Memoriam boni senis fugitivam (impune hoc dixerim) primus retraham ego. Ejus, inquam, Senecæ hi libri. Doceo ex ætate, quæ patri convenit, disconvenit proli: doceo ex inscriptione, quæ in omnibus libris, etiam scriptis, concipitur: M. ANNÆI SENECE AD SENECAM. NOVATUM. ET MELAM FILIOS. Optime. inter tres filios Seneca Philo-  
sophus est: reliqui ejus fratres. Stemma tale:

	}	L. Annæus Seneca, qui Philo- sophus & Poëta.
M. Annæus Seneca qui Rhetor.		Annæus Novatus, aliter Junius Gallio.
Helvia ejus uxor		Annæus Mela, sive Mella, pa- ter Lucani.

HIERO-

HIERO  
GEO  
GENER  
L. AN  
HIE  
rim  
cipi  
mag  
daci  
pres in line (T  
Secunda de q  
venunt: ideo  
dno, apud S  
irremi anap  
ta sic.  
Temlede  
lam, & tribu  
noquam me  
laburam; qu  
Oscipco veru  
Inter foun